

Vaginā tectus ; quem cur distringere coner,  
Tutus ab infestis latronibus ?

- (10) Flebit, et insignis totā cantabitur urbe.
- (11) Ut quō quisque valet, suspectos terreat, utque  
Imperet hoc natura potens, sic collige mecum :  
Dente lupus, cornu taurus petit : unde, nisi intūs  
Monstratum ?
- (12) Ne longum faciam ; seu me tranquilla senectus  
Expectat, seu mors atris circumvolat alis ;  
Dives, inops ; Romae, seu fors ita juss erit, exul ;  
Quisquis erit vitæ, scribam, color.

TREBATIUS.

- (13) Evidem nihil hic disfindere possim.  
Sed tamen, ut monitus caveas, ne fortè negoti  
Inciuat tibi quid sanctorum inscitia legum,  
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est  
Judiciumque.

HORATIUS.

Esto, si quis mala ; sed bona si quis  
Judice condiderit laudatur.

TREBATIUS.

- (14) Solventur risu tabulæ, tu missus abibis.